



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Vacatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

char. in cap. statutum, §. in super, de rescrip. lib. 6. similiter de iudic.

Trigesimoquintò, testes in causa criminali, etiam existentes extra provinciam, debent remitti ad iudicem causæ, Abb. in c. constitutus, numero decimo de fidei iuror.

dominis Auditoribus Rotæ, quia eis pro extraordinario solatio (portulæ solvuntur, Navar. cons. 21. de rescrip. & Affli. et. in constit. De Trigesima. Rub. 70. num. 5. dicit, quòd Trigesima potest ab Episcopis à litigantibus peti, & in Constit. de q. 2. notab. nu. 2. & hoc ante simoniam.

TITULUS BENEFICII.

Quando quis teneatur ostendere titulum beneficii, vide in ver. Bulla, §. 6. & Rebuff. iii. de rescript. ad benef. vacant. nu. 20. vide Bald. in Marg. Inno. in ver. titulum, quando quis cogit ut ostendere titulum, & Anch. in c. beneficium, num. 9. & sequenti, de regul. iur. l. 6. & quando titulus seu possessio iudicetur colorata; ut quia est defectus in conferente, vide Abb. in c. cum nostris, colum. 1. de concess. preb. & capit. 2. in princip. ne sede vacante, & Ioan. de Selva tract. de benef. 3. p. 9. n. 34. & Gom. in qu. 27. de trien. possess. & quest. 57. de ann. possess.

TRIGESIMA.

Trigesima, sive quotalitas, an possit introduci per consuetudinem, ut debeat iudici pro munere iudicandi, vide gl. in Clem. Statutum. in ver. ex iurisdictione, & ibi Abbas, n. 1. de electione, & in cap. cum ab omni, n. 1. & 9. de iura & honest. Cler. Fel. in cap. licet, col. 1. de offic. ord. ubi de sportulis et à habetur, talon, in l. ius civile, ff. de iust. & iure, tamen hodiè indifferenter videtur observari in Curis spiritualibus, & à Reverendis

VACATIO.

Primò, per solam electionem Episcopi vacant officia, quæ priùs ipse obtinebat, sed non beneficia, nisi per consecrationem, Addit, ad decis. Rotæ 17. de offi. deleg. in novis, nu. 4. sed revera beneficia non dicuntur vacare, nisi post adempnam pacificam possessionem, gl. in Clem. 1. in ver. collatio l. ut licet pend. Gom. de expect. num. 63. & 78. & in q. 47. de ann. possess. & Abb. in Clem. 1. nu. 3. ut licet pen. gl. in c. si tibi concessio, in ver. vacare, de preb. lib. 6. Selva tract. de benef. 3. p. 9. 28. & q. 2. nu. 23. & 2. p. 9. 15. Inno. in c. nostri, n. 3. de rescript.

Secundò, quando dicantur vacare beneficia per ingressum Religionis, vide c. beneficium, de regular. lib. 6. c. 1. 17. q. 2. Staph. de lit. grat. f. 136. n. 1. in resignatione autem sufficit, quòd quis ingressus sit Religionem re ipsa, Bulla Pii V. 58. fol. 1014.

Tertiò, an dicantur vacare in Curia beneficia Episcopi, quando ipse in Curia consecratur, videtur quòd sic, gl. in Clem. 1. in ver. collatio, si priùs ipse habebat possessionem: sed si habita consecratione in Curia postmodum vadat ad partes sui Episcopatus, & capit possessionem, non dicuntur valere in Curia, gl. ibid. in ult.

Quar.

Quartò, an pensio dicatur vacare per promotionem ad aliud beneficium, vide Gom. in q. 17. de infir. resig. col. si. & q. 21. de ann. possess.

Quintò, quando dicatur vacare primum beneficium per assequutionem secundi, juxta dispositionem Extrav. Excecrabilis, vide in verb. beneficium, §. 3. concl. 3.

Sextò, si electus moriatur in Curia, an beneficium, in quo quis fuit electus, dicatur ibidem vacare, videtur quod non. Selva loc. cit. q. 12. n. 21. in fine, Gom. de impetran. benefi. per obiit. famul. Card. qu. 24. de non tollende jure quæsitio. qu. 1. col. 3.

Septimò, quot modis dicatur vacare beneficium, vide per extensum Staph. à fol. 110. & infra, ubi enumerat sex modos, & Abb. in cap. si quis clericorum, n. 6. & 7. de cohab. cler. & mulier. ubi habes, quando detur vacatio per matrimonium, vel sponsaliorum contractum, & in cap. sane, & in c. diversis fallacius, de cler. conjug.

Octavò vacantis Ecclesiæ fructus non potest is, ad quem eius collatio pertinet, sibi retinere, sed ei de rectore providere, etiam si beneficium fuerit manuale, sed potest ejus habere custodiam, nec fuerit provisum de Rectore, Abb. in c. ad aures, de exce. pralat. sed bene custodire. Innoc. in c. cum vos, de offic. ordin.

VESTIMENTA SACRA.

SUMMARIUM.

1 Quot sint.

- 2 Quis benedicere ea possit.
- 3 An quis possit uti aliquibus non benedictis.
- 4 Tobala altaris cujus quantitas esse debeant.

AD Primum, vide Sylvest. ver. benedictio, §. 5.

Ad Secundum, jure communi. Primum, pertinet ad Episcopum. Secundò, ex privilegio Papæ Ministri, & Provinciales Fratrum minorum, possunt benedicere corporalia, & iidem, & Custodes, & Guardiani ornamenta pro ordine suo, & pro Monialibus sanctæ Claræ, totiusque ordinis, sed non pro aliis: Navar. capitulo 25. numero 94. notab. 18. prope finem. Idem censet de Abbatibus, Anchar. in capit. Abbates, n. 3. ver. 7. de privileg. lib. 6. & idem (excepto corporali) possunt simplices sacerdotes ordinis Prædicatorum, Sylvest. loco cit. in fine, §. 3. & idem credo, pro usu suarum Ecclesiarum, prout de fratribus Minoribus dictum est.

Ad Tertium, peccat graviter, qui utitur in Missa vestibus non benedictis, Sylvest. in ver. Missa, num. 2. Armil. 60. ver. numer. 6. Soto 4. Senten. dist. 13. quæst. 2. & 4. Astens. lib. 4. tit. 14. ar. 4. q. ult. Navar. loc. cit. Angelan ver. Missa, num. 35. Sum. Sacram. quæst. 93.

Ad Quartum, videto instructiones in actibus Mediolanensis Ecclesiæ, ubi multa habes de ornamentis altarium.

VASA SACRA.

Vtrum possint tangi à constitutis in minoribus ordinibus? Videtur quòd

lii 3 non,